



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia LXV. Et obliti fuerant sumere panes, & non nisi unum panem habebant secum in nauis. Ac præcepit eis, dicens: Videte, cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis. Et disceptabant inter ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

iam: Ita ego, postquam tertio die resuscitatus fuero (quod evidens erit mea divinitatis argumen-  
tum) vobis quadraginta annorum spacium concedam, quo penitentiam agatis, & ad hanc assiduum  
meorum discipulorum hortationibus excitabo. At quia non desinetis adversus veritatem pugnare,  
incurabiles & consumaces horribilibus manebis interitus.

Quo loco observabis, Ionam Ninivitis signi loco fuisse, quando in mare eiectus, & à ceto degluti-  
tus fuit. Ergo que pijs incidunt afflictiones, imminet ira Dei signa sunt. Oportet enim vindictam  
à domo Dei incipere, ut quid impios & incurabiles maneat, ex eo colligamus, quòd suorum peccata  
Deus adeo severiter punit. Ita Christus suam mortem signum esse ostendit, ex quo sibi imminentes  
penas Iudai colligerent, quando ait: Si in humido ligno hæc sum, quid fiet in arido? Consideremus  
hoc diligenter, quando pios Christi cultores exulare, egere, esurire, occidi & affligi videmus, & quid  
ipsi mereantur, inde colligamus, id quod ad veram penitentiam plurimum momenti afferet. At ea  
est multorum impietas, ut non contemni sceleribus, que maxima & plurima designant, insuper  
ipsi aliquid adversum patientibus insultant, & ex illorum calamitatibus disputandi occasione arri-  
piunt, ut suam impietatem excusent, piorum verò fidem & religionem scurriliter damnent. Sed non  
dormiat Deus, quin grauius puniat eos, qui ipsi etiam abutuntur ad scelera, quibus ad penitentiam  
adducant excitari.

Piorum affli-  
ctioes signi  
loco sunt.  
1. Pet. 4.

LUC. 23.

Postremo Christus illis relicto discedit, ita docens, indignos esse, quibus cum diuini versetur. Christus à con-  
tumacibus dis-  
cedit.  
At quid homini gratius accidere potest, quam si à Christo deseratur, in quo vno nobis salus propo-  
nita est? Non agnoscit hoc infelix mundus, & proinde eiusmodi minas facile contemnit; nec dubium  
est, Phariseos & Sadduceos sibi ipsi mirifice placuisse, quòd Christum à se discedere coegissent. Sed  
magno illis consistit ista victoria, ut alibi non semel diximus. Nos ergo illorum exemplo admoneri,  
in hoc simus, ut Christum retineamus, & in eodem salute fruamur æterna. Ipsi debetur benedictio,  
honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Et oblit fuerant sumere panes, & non nisi unum panem habebant  
secum in nau. Ac præcepit eis, dicens: Videte, caute à fermento Phari-  
saicorum, & fermento Herodis. Et disceptabant inter sese, dicentes: Pa-  
nes non habemus. Quod cum nosset Iesus, dicit eis: Quid disceptatis,  
quòd panes non habetis? Nondum animum aduertitis, nec intelligitis?  
adhuc occæcatum habetis cor vestrum? Oculos habentes non cernitis?  
& aures habentes non auditis? & non meministis? Cum quinque panes fre-  
gisset in hominum quinque millia, quot cophinos fragmentis plenos sus-  
tulistis? Dicunt ei: Duo decem. Cum autem septem illos in quatuor mil-  
lia, quot sportas plenas fragmentorum sustulistis? Illi uero dixerunt:  
Septem. Tunc dicit eis: Quomodo non intelligitis?

Dominus & saluator noster, Iesus Christus, non modo veram salutis rationem doctrina simul Argumentum  
& miraculis comprehensam proponit, verum etiam omnibus ipsis diligenter occurrit, que nos ab  
vitiis studio auocare possunt. Sunt inter hæc duo præcipua, quibus reliqua omnia comprehenduntur, & usus præ-  
sentis loci.  
Primum est falsa doctrina, que vel hypocritas facit, vel impios sacrorum contemptores. Alterum  
est verum duntaxat seculi & vitæ cura nimia, ad quam voluptatum quoque studium pertinet. Adver-  
sus utrumque in præfenti suos discipulos instruit, & quidem commodissima occasione. Præcepit enim  
non multo ante miraculum, in quo septem panibus quatuor hominum millia cibavit, ut ostenderet,  
phariseis suis nihil unquam defuturum esse. Deinde cum Phariseis & Sadduceis congressus, suam  
doctrinam & auctoritatem adversus illos grauius asseruit. At quia in vtroque, ositantiores fuerunt  
discipuli, modo de vtriusque vsu illos admonet, ut in rerum omnium inopia ipsi fidere discant, nec vli-  
lo doctrinæ falsis, siue aduersariorum conatibus offendantur. Que duo nobis quoque in horum consy-  
deratione cum primis obseruanda sunt.

Occasio presen- Premittitur autem translationis totius occasio, quae talis fuit. Cum Christus ad ingratis & con-  
tis tractationis. tum acibus subito discederet, discipuli in illum potius quam alia intenti, oblitii sunt panes, sicut de-  
ferre, nec quicquam, praeter unum panem, edulij secum habuerunt. Quo exemplo fidelium Christi-  
genium exprimitur, qui diuinis & caelestibus intenti, plerumq; de terrenis minus cogitant. Ita qui  
nuper quos, in ijs vidimus, qui absque comitate u Christum secuti, cum eodem toto triduo permansi-  
runt. Vbi diligenter notabis, ardorem hunc in discipulis fuisse, quibus multa adhuc deerant, quae ad  
plenam Christi cognitionem faciunt, ut postea audiemus. Non ergo temere damnandi sunt, quia  
multis adhuc hallucinantur, vel qui in rebus huius seculi aliqua negligunt. Pudeat potius sua igno-  
rantia eos, qui cum plenam & perfectam Christi Iesu cognitionem profiteantur, solis tamen terrenis in-  
tenti caelestia & Christi doctrinam facile negligunt. Vt vero nuper populi incogitantia miraculosa  
sam praebuit, ita in praesenti Christus hac ipsa occasione discipulos de rebus grauisimis & cogita-  
maximè necessarijs admonet: nec temere Paulus dixit, Deum diligentibus omnia cooperari ad bonum. Roman. 8.

Christus probi Sed ad Christum transeamus, qui inde occasionem arripiens admonendi discipulos de ijs, quae ni-  
bet fermentum nus diligenter obseruant, ait: Videte, caute à fermento Pharisaeorum, & à fermento Herodis,  
Pharisaeoru & Herodis. Matth. 16. Matthaeus his Sadducæos coniungit, quos Marcus sub Herode comprehendit, quem impius Saddu-  
caeorum sententia et doctrina, quae resurrectionem negabant, conuictis, illius uia, sicut declaratur, ut  
fermentum uero doctrinam intelligi debere, idem Matthaeus disertè monet. Sensus ergo uerborum  
Christi est, ut & Pharisaeorum & Sadducæorum siue Herodis dogmata caueant. Nec reuerentia  
coniungit, quae toto caelo (ut dici solet) distabant. Pharisaei enim (ut nuper monuimus) operum ius-  
tiam in iustitiam statuabant, & externam uitam morumq; sanctimoniam anxie affectabant. Saddu-  
caeorum uero nec mortuorum resurrectionem, nec spiritus uillos, adeoq; nec animas à corporibus digestas, sicut  
aut uiuere credebant, qui proximus ad omnem impietatem gradus est. Apostolo teste, qui cum uicinijs  
sermonibus mores bonos corrumpi scribit. Admonemur ergo hac Christi sententia, ut minus deo-  
rum salutis negotio cauere debere. Primò nimirum, insolentem propria iustitiam, omnemq; gratia  
nam, quae homines salutem in externis potius ceremonijs & nostrorum operum meritis, quam in Dei  
gratia per Christum Iesum, quaerere docet. Qui enim hac fiducia insulant, iustitia Dei, quam illi  
bis in uo Christo confert, consortes esse non possunt: quod Inde oritur exemplo Paulus disertè probat.  
Et hodie non alios obstinatioris Euangelij Christi hostes esse uideamus, quam quos eadem fiducia  
mentat. At ne dum calcariam fugimus, in carbonariam incidamus, secundo loco non minus uerbo  
minum Epicuræorum opiniones uitanda sunt, quae omnem religionis sensum excutunt, & ad uita-  
nem peccandi licentiam carni uiam sternunt. Tales sunt, quibus decepti, Deum aut omnino nullum  
esse, aut illum mortalia non curare, nobis persuademus, quorum impias cogitationes et sensus  
in Psalmis non uno loco describit. Quibus adnumerari debent, qui mortuorum resurrectionem uel  
bium uocant, animarum immortalitatem negant, de fine mundi et nouissimo Christi aduentu aliq;  
yniuerſa uerbi Dei doctrina scurrilibus dicerijs nugantur. Sunt hi omnes illi uires isti, quos  
scriptur a cauere iubet, & quorum ingentem numerum nouissimis temporibus fore, Petrus alio  
dixit. Nec temere utrumq; hoc malum fermento Christus confert. Vt enim fermentum uitam  
sam inficit, inflat item & acidam reddit: ita tam Pharisæica quam Sadducæa doctrina hoc uisum  
nobis praestare solet. Illa enim totam hominis conuersationem inani hypocrisis inficit, animi ad  
sus Deum simul & homines extollit, ut & Dei gratiam contemnant, & omnibus alijs se ipsi  
praferant, imò quosuis improba temeritate contemnant. Hec uero uitam omnem & mores iustis-  
simis sceleribus conspurcat, uerbi Dei contemptores & feroces aliorum oppressores facit. Vtriusq;  
tem commune est, quod sectatores suos Deo ingratos reddit, & tales, quos ille, ut cibum per uentrem  
insipidum, nullo modo ferre potest. Non minus ergo ad nos, quam ad discipulos, Christi praecipuum  
peruicere putemus; nec eos audiamus, qui coram Deo bonam animi intentionem sufficere, aut nobis  
licere putant, ut impudè eum illo ludamus. Humiliemur potius sub potenti manu Domini, & ego-  
sciamus ingenitam nobis corruptionem; ita solus Christus mederi potest, qui nobis à Deo iustitia, se-  
pientia & satisfactio factus est. Nec dubitemus de Dei iustitia, sed illum rememorem atorem esse  
damus, qui uincit, in nouissimo die retribuit in corpore suo, prout fecerit, sine bonum sine in

1. Cor. 15. Que in salutis negotio potissimum cauere debeant.  
Rom. 9. 10. etc.  
Psal. 14. 53. 94. &c.  
Psal. 1. &c.  
2. Pet. 3.  
Fermi allegoria.  
1. Cor. 5.  
Matth. 9.  
1. Cor. 1.  
Hebr. 10.  
2. Cor. 5.

Hæc si diligenter meditemur, aduersus infelix hoc & noxium fermentum satis instructi erimus. Et hæc quidem singuli priuatim facere debent. At qui publicam populi Dei siue Ecclesie curam sustinent, non modo sibi priuatim caueant, verum etiam fermentum omnem, tam Pharisæicum quam Sadducæum extirpent, ne dum quiduis à quibusuis fieri et dici patiuntur, aliquando eorum populum miserè infectum & corruptum videant.

Quid autem discipuli, cum Christum hæc admonentem audiunt? Quid velite ignorare, quin anxii discipuli Christi præceptum non intelligunt? Quis inter sese disceptant, iamq; de victu solliciti esse incipiunt, quibus cum Christo agentibus nihil lucus defuerat, sicuti in vltima Cena testantur. Elucet in his carnis ingenium, quod in electis quog non raro sese exerit, & quidem tunc, quando toti feruere videntur in vero pietatis studio. Quia enim solis presentibus intenti sunt, ubi illa desunt, mox de salute in vniuersum actum esse putat atq; deperat, nec priora beneficia recollit, quorum consideratio fidem atq; spem fulcire poterat. Habebant nulla eius generis discipuli, sed nequicquam, cum carnem in consilium admittant. Tales in deserto videntur Israelitas, quamuis in Aegypto admiranda Dei opera viderent, quibus se nunquam esse defuturum esse testatus erat. Quò etiam referri debet, quòd Iudicum tempore toties liberati, regem tamen sibi dari postulauerunt, quasi ipsi aliter consili non posset. Eandem carnis stupiditatem hoc 1. Sam. 8. 10. hæc priuatim & publicè videmus. Nam etsi Deus ecclesiam in hunc vsq; diem mirabiliter seruarit, & singuli quotidie experiamur, quàm potens sit ad saluandum dextera ipsius, in periculis tamen illud concidimus, nisi præsens aliquod auxilium nobis pro voto affulgeat.

Sed ad Christum redeamus, quem discipulorum dissidentia sic offendit, vt nunquam illos simul omnes acius corripuerit. Primò hanc ipsorum curam reprehendit, vt inuilem & superuacaneam, Christus discipulos corripit. Quid, inquit, disceptatis, quòd panes non habetis? Quasi dicat, cum illis non opus esse, toties iam expetitissis? Deinde stultitiam & stupiditatem accusat: An nondum animum aduertitis, nec intelligitis, tot iam miraculis de mea fide & potentia admoniti? Tertio addit: Adhuc occæcatum habetis cor vestrum, vt cum vobis oculi & aures sint, tamen nec videre nec audire velitis? Est hoc grauissimum crimen, quod in reprobus alibi scriptura notat, adeoq; penam esse docet omnium grauissimam, vsq; 6. & 6. qua Deus illorum contumaciam multare solet. Quarto obliuionem exprobrat earum rerum, quas indefinenter memoria tenere debuerint, cum ait: Et non meministis? Mox verò miracula quinq; & septem panum reperit, & eorundem confessionem ex ipsorum ore elicit, vt illos magis conuincat.

Admonent autem hæc Christi verba, vnde in nobis dissidentia oritur, cui anxia victus & re- Dissidentia oritur et remedia. huius seculi cura siue sollicitudo coniuncta est. Causa huius præcipua in nobis est, qui solis ex- Deut. 8. ternis inhaerentes, illa adeò necessaria esse putamus, vt sine illis vita consistere non possit, nec eius di- Matth. 4. git meminimus, quo hominem non solo pane viuere scriptura docet, sed quouis verbo, quod ex ore Dei Luc. 12. progreditur. Hinc fit, quòd Dei promissiones non intelligamus, quas qui non intelligunt, ij nec miracula & beneficia Dei obseruant, quibus hic illas confirmat, adeoq; abiecto rationis vsu cæcis & fatidis similes sunt in ijs, quæ ad fidem stabilendam faciunt. Vnicum ergo et præsentissimum tantum mali remedium erit, si à Deo solo pendere discamus, absq; cuius benedictione nihil proficietur. Nisi enim Psalm. 127. Dominus edificauerit domum, frustra laborant qui edificant, & nihil est, qui plantat, neq; qui rigat, sed Deus qui dat incrementum. His veterum beneficiorum Dei consideratorem assiduam iungamus, & mox nos in fide confirmari sentiemus. Quàm assiduo autem studio & indefesso nobis hinc oportet, discipulorum exemplo docemur, qui tot auditis Christi promissionibus & tot vsis miraculis, adhuc hæsitant.

Est verò simul obseruandum Christi exemplum, qui discipulos hæsitantes grauiter quidem tor- Christus infra mos corripit, sed non abiicit. ripit, eisdem verò non abiicit, sed elementer sustinet, docet atq; monet, etsi nihil eorū haberent, quæ à debilibus requiruntur, præter vnum hoc, quòd illum sectabantur, & proficere cupiebant. Seruit hoc vnicum consolatori, ne infirmitatibus nostris desperemus. Modo enim non abiiciamus salutis & glorie Dei studium, non deerit nobis Christus, qui nobis compati potest, & arundinem quassatam non Hebr. 2. 4. confringit, nec limum fumigans extinguit. Præterea officij nos admonet Christus, vt ipsi quoque fratrem quidem vitia corripiamus, non autem in vniuersum damnemus infirmos, sed (vt Paulus mon- Matth. 12. stratum) assumamus & seruiamus, donec etiam ipsi proficiant. Pecant in hoc plurimum Anabaptistæ, rigidi sumi alicorum censores, qui dum omnes propter externa aliqua vitia damnant, propriam hypocritism Rom. 1. 4.

Discipuli Christi præceptum non intelligunt Luc. 22.

Christus discipulos corripit.

Dissidentia oritur et remedia. Deut. 8. Matth. 4. Luc. 12.

Christus infra mos corripit, sed non abiicit. Hebr. 2. 4. Matth. 12. Rom. 1. 4.

& superbam sue iustitia fiduciam non agnoscunt, propter quam Deo non minus exositi sunt. Omnia igitur alios indicandi audacia, nostram ipsorum salutem operemur cum timore & tremore, ne de Dei bonitate desperemus, qui infirmitatibus nostris abunde medetur per Christum Iesum, cui datur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

Philip. 2.

H O M I L I A L X V I .

Et venit Bethsaidam, & offerunt ei cæcum, & precantur eum ut ipsum tangeret. Tunc apprehensa manu cæci eduxit eum extra uicium, & cum spulisset in oculos eius, imposuissetque ei manus, interrogauit eum si quid uideret. Et cum suspexisset, dixit: Video homines, nam instar arborum cerno ambulantes. Deinde rursus imposuit manus super oculos eius, fecitque illum suspicere, & restitutus est, uiditque dilucide omnes. Et dimisit illum in domum suam, dicens: Neque in uicum illum ingrediaris, neque cuiquam in uico dixeris.

Argumentum & usus presentis loci.

Matth. 6. Luc. 12.

Luc. 7. 14.

Cecus Christo adducitur.

In Christo querenda anima rum lux. Deut. 18. Isate 53. Ioan. 1. 9. et c.

Rom. 3.

**E**T si Deus regni sui mysteria per uerbum suum fideliter reuelat, simulq; de omnibus aduocatis, que ad salutem nostram rationem & uitam totius conuersationem faciunt: ea tamen esse carnis uisum, & uisum cæcitas, ut nec ipsi ex nobis ea percipiamus, que sunt spiritus Dei, nec etiam uerbi lucem aduertamus, uel ex operum ipsius consideratione proficere studeamus. Quia enim à celestibus caro abhorret, graue ipsi uidetur mentis oculos in illa intendere, & terrenis libentius occupatur, que à celestibus nos retrahere consueuerunt. Exemplum huius mali in discipulis habuimus, qui cum promissiones de uictu amplissimas à Christo haberent, & illum paulo ante uidissent pauculis panibus aliquos hominum millia cibare, tamen ubi ipse præceptum de cauendo Pharisæorum & Herodis sermone audiunt, nec plures uno panem se habere uident, mox de uictu solliciti esse incipiunt, & nec Christi promissiones in mentem reuocant, nec illius præceptum intelligunt, quod allegoricum fuit ueritatem esse, uel hinc colligi poterat, quod hætenus in Herodis regno uersantibus nihil tale uerquam dixerat, & ipse non semel à pharisæis sese inuitari passus esset. At quod illis hæc accidit, nobis etiam non raro accidere solet in ijs, que maioris momenti sunt, & que maxime ad Dei cultum & uitam totius conuersationem spectant. Imò hinc murmur contra Deum, diffidentia, defectio à fide, & interdam horrenda flagitia originem ducunt, quod nostris rationibus intenti, Dei promissiones et præcepta minus expendimus. Non temere ergo Christus discipulos grauiter corripuit, ut diffidentiam hanc dum cum primis displicere & nocentissimam esse ostenderet. At quia idem nos saluos uult, non corripuit modo, sed mox re ipsa docet, unde tanti mali remedium peti debeat. Cæco enim medetur, qui hunc animum typum gerit, & sic in ipso nos lucem inuenturos esse ostendit, que omnes ignorantie & diffidentia tenebras discutiat. Præstat ergo singulas huius miraculi partes excutere, ut plura inde consuetudinis & institutionis percipiamus.

Primo quidam cæcum hunc Christo adducunt, & ut illi manus imponat, rogant. Uisum rationis quidem indicium est, quod illum non aliter, quam manuum impositione, curari posse crediderunt, laudem uero meretur, quod Christo illum adducunt, quem multis alijs antehac operum uisum uiderant. Hinc uero generalis doctrina peti debet, animorum lucem in Christo queri debere, quem Deus pater iam olim constituit, ut catholicus ueritatis doctor sit, & cæcorum oculos operibus, & quem Ioannes in mundum uenisse ait, ut omnem hominem illuminet. Idem ille in Euangelio clamauit: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Adhuc lumur ergo misere, quot quot humani ingenij industria in ijs que ad Dei regnum spectant, ad profici existimant. Extra Christum enim mere tenebre sunt, & omnibus seculis hanc perissimam cæcitatibus & superstitionum causam fuisse constat, quod homines suo acutius freti, in diuinis & semetipsis sapere uoluerunt. Hoc enim in Iudæis propheta notauit, & in gentibus Paulus, & hodie in regni Dei mysterijs cæcissimos esse uidemus eos, qui extra Christum de illis philosophantur.